Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.



Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ezechiel

impsit me. et adhuc amarus in in
dignacone spiritus mei. manus
enim domini erat mecum confortans
me. Et uenit ad transmigracoem
ad ascenium nouarum fluuium ad
eos qui habitabant iuxta flumen
chobar. et sedi ibi ubi illi sedebant
et mansi ibi septem diebus mereens
in medio eorum. Cum autem pertran
sissent septem dies factum est uer
bum domini ad me dicens fili ho
minis speculatorem dedi te domui
israel. et audies de ore meo uerbum.
et annuntiabitur eis ex me. Si dicente
me ad impium morte morieris ñ
annuntiauis ei. neq; loquutus fueris
ut auertatur anima sua impia. et iui
uat. ipse in iniquitate sua morietur
sanguinem autem eius de manu tua re
quiram. Si autem tu annuntiauis im
pio. et ille ñ fuerit conuersus ab i
pietate sua. et anima sua impia ipse
quidem i iniquitate sua morietur
tu autem animam tuam liberasti
Sed et si conuersus iustus a iustitia
sua fuerit. et fecerit iniquitatem.
ponam offendiculum coram eo. ipse
morietur. quia ñ annuntiasti ei.
ipse in peccato suo morietur. et ñ erunt
in memoria iustitie eius quas fecit
sanguinem autem eius de manu tua re
quiram. Si autem annuntiauis
iusto ut non peccet iustus. et ille
ñ peccauerit. uiuens uiuet. quia
annuntiasti ei. et tu animam tuam li
berasti. Et facta est super me man
dominus. et dixit ad me. Surge et
egredere in campum. et ibi loquar
tecum. Et surgens egressus sum
in campum. et ecce ibi gloria dñi
stabat quasi gloria quam uidi iu
xta fluuium chobar. Et cecidi in
faciem meam. et egressus est in me
spiritus. et statuit me super pedes
meos. et locutus est mihi. et dixit ad
me. Ingredere et includere in medio
domus tue. Et tu fili hominis ec
ce data sunt super te funiculi. et liga
bunt te in eis. et non egredieris i
medio eorum. et linguam tuam ad
herere faciam palato tuo. et eris mu
tus. nec quasi uir obiurgans qua
domus exasperans est. Cum autem
loquutus fuero tibi aperiam os tuum
et dices ad eos. Hec dicit dominus
deus. Qui audit audiat. et q̃ quiescit
quiescat. quia domus exasperans est

Et tu fili IIII
hominis sume tibi laterem
et pones eum coram te. et de
scribes in eo ciuitatem hierusalem. et ordi
nabis obsidionem. et edificabis mu
nitiones. et comportabis aggerem et
dabis contra eam castra. et pones a
rietes in gyro. Et tu sume tibi sar
tagineam ferream. et pones eam in
murum ferreum inter te. et inter
ciuitatem. et obfirmabis faciem tu
am ad eam. et erit in obsidione. et
circumdabis eam. signum e domui
israel. et tu dormies super latus tuum si
nistrum. et pones iniquitates dom
israel super eo numero dierum quibus
dormies super illud. et assumes omnes
iniquitates eorum. Ego autem dabo
tibi annos iniquitatis eorum iuxta